

distinctè debet habere partem in qualibet re hæreditaria: de illo verò cui erat relicta pars bonorum, erat diversitas inter Consultos, quia aliqui dicebant quòd debebatur æstimatione, alii verò dicebant quòd debebatur pars quotitativa in ipsis rebus & bonis defuncti, sed hæres habebat electionem, ut posset solvere in ipsis rebus pro parte, vel in una re, vel rebus certis, vel in pecunia & æstimatione: textus est formalis & expressus in leg. *Non amplius. §. fin. cum leg. sequent. ff. de Legat. 1. secundum finalem opinionem, quam ibi approbat Pompon. Consultus, conditor illius legis: & ita tenet & commendat Bart. Alber. Bald. Paul. Imol. & communiter DD. Cujus ratio est, quia propter difficultatem præstationis aliud pro alio solvi potest. Quod erat verum & procedebat, quando res & bona defuncti recipiebant commodam divisionem: secus verò si non recipiebant talem divisionem; quia tunc præcisè tenebatur hæres solvere æstimationem, vel unam rem certam pro ea. Hodie tamen per nostram legem hoc est immutatum: quia quando bona recipiunt commodam divisionem, non possunt alii hæredes solvere meliorationem Tertii, nec Quinti factam filio, vel extraneo, in æstimatione, vel pecunia, nec in aliqua re, vel rebus certis; sed in ipsa re assignata per testatorem, vel in parte quotitativa cujuslibet rei hæreditariæ: si verò bona non recipiunt commodam divisionem, tunc possunt hæredes solvere meliorationem in æstimatione, vel pecunia. Sed advertendum, quòd nostra lex non decidit nec determinat, an isto casu compellantur alii hæredes solvere in æstimatione & pecunia? Et atento jure communi, videtur quòd sic. Sed crederem contrarium; cum in voluntate hæredum ponat ista lex, non in necessitate: & cum corrigat in alio jus commune; ergo in hoc: Sed teneatur recipere in parte quotitativa, & fiat divisio secundum jus commune, juxta formam & dispositionem textus in leg. *Ad officium. Cod. commun. divid. & in §. Eadem. Instit. de Offic. judic. & in leg. fin. tit. 15. 6. part.* Prædicta autem intellige in melioratione Tertii & Quinti, vel prælegato: secus autem est in Legitima filii debita; quia illa debet solvi de rebus hæreditatis: textus est in leg. *Scimus. vers. Repletionem. Cod. de Inoffic. testam. & ibi communiter DD. & tenet Bald. Paul. & Imol. in dict. leg. Non amplius. §. fin. ff. de Legat. 1.**

TEXT. XXI.

Mandamos que el hijo, ò otro qualquier descendiente legitimo mejorado

en Tercio, ò Quinto de los bienes de su padre, ò madre, ò abuelos, que puedan (si quisieren) repudiar la herencia de su padre y madre, ó abuelos, y aceptar la dicha mejoría: con tanto que sean primero pagadas las deudas del defunto, y sacadas por rata de la dicha mejoría las que al tiempo de la partida parescieren; y por las otras que despues parescieren, sean obligados los tales mejorados á las pagar por rata de la dicha mejoría, como si fuessen hærederos en la dicha mejoría de Tercio, y Quinto. Lo qual mandamos que se entienda, ora la dicha mejoría sea en cosa cierta, ó en cierta parte de sus bienes.

Id est:

Præcipimus, ut filius, aut quicumque alius descendens legitimus, auctus vel melioratus in Tertio aut Quinto in bonis paternis, aut maternis, aut avorum, possit, si velit, renuntiare hæreditati paterna aut materna, aut avita, & prædictum augmentum vel meliorationem acceptare, modò debita prius defuncti solvantur ex prædicto augmento, ad ratam subducta, que tempore divisionis apparuerint; & pro reliquis que apparuerint postea, prædicti aucti vel meliorati obligentur ad ea solvenda provata ex prædicto augmento, proinde ac si in eodem augmento essent hæredes ex Tertio & Quinto: Quod præcipimus intelligi, sive prædictum augmentum fuerit in re certa (assignatum), sive in certa bonorum parte.

COMMENTARIUM

In Legem XXI.

SUMMARIUM.

I Filius melioratus an possit acceptare prælegatum, & repudiare hæreditatem?

Nota ex ista lege, quòd filius institutus cum aliis, vel ab intestato succedens melioratus in Tertio, vel Quinto bonorum, vel utroque, potest acceptare meliorationem & prælegatum, & repudiare hæreditatem. Quod tamen intellige & declara isto modo: quòd tali casu, si hæreditatem adit, partem habebit ex sua persona jure hæreditario, cum à seipso non possit legari; partem à cohærede jure prælegati: si verò hæreditatem repudiat, totum consequitur à cohærede jure prælegati: & de jure communi idem probat & disponit textus in leg. *Qui filiabus. §. fin. cum leg. sequent. ff. de Legat. 1.* Cujus verba sunt:

In Legem XXI. Tauri.

*Si uni ex hæredibus fuerit legatum, hoc deberi ex officio judicis familia heriscunda, manifestum est: sed & si abstinerit se ab hæreditate, consequi eum hoc legatum posse constat. Et statim dicit lex sequens: Et quidem totum legatum petere potest, quamvis à semetipso inutiliter ei legatum fuisset. Et ibi Bart. Alber. Bald. Angel. Aret. Joan. de Imol. Alex. Lanfran. Socin. Jason & communiter DD. & declarat magistraliter, & melius quàm alibi, Paul. de Castr. text. in leg. *Legatum est. §. 1. eod. tit. text. in leg. Planè. 34. §. Si duobus. eod. titul. text. in leg. Titia. §. Lucius. ff. de Legat. 2. text. in leg. Miles. §. fin. eod. titul. text. in leg. fin. §. Quatuor. eod. tit. text. in leg. Ex facto. vers. Ita igitur. ff. de Hæred. instit. text. in leg. Si ita legatum. ff. Famil. erisc. text. in leg. Inter cohæredes. eod. titul. text. in leg. Si qua. Cod. eod. titul. & utrobique communiter DD. Idem etiam probat & disponit lex 2. in fin. titul. 9. 6. partis.**

TEXT. XXII.

Si el padre, ò la madre, ò alguno de los ascendientes prometió por contrato entre vivos de no mejorar à alguno de sus hijos descendientes, y passò sobre ello escritura publica: en tal caso no pueda hacer la dicha mejoría de Tercio, ni de Quinto; y si la hiciera, que no vala. Y assimismo mandamos, que si prometió el padre, ò la madre, ò algunos ascendientes de mejorar alguno de sus hijos, ò descendientes en el dicho Tercio y Quinto por via de casamiento, ò por otra cosa onerosa alguna: que en tal caso sean obligados á lo cumplir, y hacer; y si no lo hicieren, que, passados los dias de su vida, la dicha mejoría, ò mejorías de Tercio, y Quinto, sean habidas por hechas.

Id est:

Si pater, aut mater, aut aliquis ex ascendentibus per contractum inter vivos fuerit pollicitus non augere quempiam ex filiis suis (aut) descendentibus per scriptum publicum: in ejusmodi casu non possit facere prædictum augmentum ex Tertio, aut Quinto; & si fecerit, sit invalidum. Et eodem modo præcipimus, ut si pater, aut mater, aut quispiam ex ascendentibus promisit augere aliquem ex liberis aut descendentibus in prædicto Tertio aut Quinto per conjugium, aut per aliam quamvis causam

173
onerosam; in tali casu teneantur illud præstare & implere: quod nisi fecerint, post eorum mortem prædictum augmentum sive augmenta ex Tertio & Quinto habeantur pro factis.

COMMENTARIUM

In Legem XXII.

SUMMARIUM.

- 1 An, & quando valeat pactum de non succedendo?
- 2 Qui effectus resultent ex jure, & spe succedendi, etiam in vita patris?
- 3 An ascendentes possint renuntiare hæreditati filiorum?
- 4 Si filius recipit Legitimam à patre, an possit renuntiare hæreditati?
- 5 An filius possit præteriri, vel exhæredari de voluntate & consensu ejus?
- 6 Si interveniat juramentum in isto pacto, an valeat?
- 7 Si filius vel filia recipiat aliquod præmium in præmium renuntiationis, an valeat?
- 8 An pactum de non succedendo operetur ut filius excludatur, tam ex testamento, quàm ab intestato?
- 9 An ille qui renuntiavit hæreditati, possit succedere contra testamentum?
- 10 An renuntiatione facta à filio, si decedat relicta filiis, talis renuntiatio eis noceat?
- 11 An ille, qui renuntiavit cum juramento, admittatur, si tempore mortis patris non sunt alii filii?
- 12 An filius qui renuntiavit tempore quo non erant alii filii, nec sunt tempore mortis patris, succedat?
- 13 Si filius renuntiavit hæreditati patris, & ista hæreditas perveniat ad alium, an possit eis succedere?
- 14 An homicida possit succedere hæredibus occisi?
- 15 An ista renuntiatio valeat, quando renuntiat successioni futura alicujus defuncti?
- 16 An possit quis renuntiare substitutioni pupillari?
- 17 An, & quando valet pactum de succedendo?
- 18 An istud pactum de succedendo valeat inter milites?
- 19 An, & quando valeat pactum de futura successione?
- 20 An pactum de succedendo sit à jure reprobatum?
- 21 Quomodo procedat ista lex 22. in utraque sui parte?

- 22 An ista promissio, & pactum de meliorando filium propter contractum matrimonii, debeat fieri ipsi filia, vel genero?
- 23 An maritus, cum quo fuit gestum pactum de non meliorando, si remittat pactum, possit tunc alium meliorare?
- 24 Si filius, vel filia, cui est factum pactum de non meliorando, remittat tale pactum, vel moriatur, an possit pater vel mater meliorare quem velit?
- 25 Si pater vel mater promisit meliorare unum ex filiis, & talis filius remittat hoc pactum, an possit pater vel mater alium meliorare?
- 26 Si pater vel mater promisit non meliorare in Tertio nec Quinto, an possit disponere pro anima de Quinto?
- 27 Si pater promisit non meliorare filios, an possit meliorare nepotes?
- 28 Si est facta scriptura publica, & est deperdita, an possit probari contentum in ea per testes?
- 29 Si pater promisit non meliorare unum ex filiis, quem expressè nominabit, an possit alium meliorare?
- 30 Virtus & natura pacti de futura successione certo modo dividenda.
- 31 Si filius vel filia renuntiavit cum juramento hereditati patris favore fratrum, an possit, juramento non obstante, succedere patri?

NOta ex prima parte hujus legis, quòd si pater vel mater promisit alicui filio vel filia non meliorare aliquem ex filiis vel descendentes, valet & tenet talis promissio, & obligat eos ad implementum: ita demum, si de hoc fuerit confecta scriptura publica. (A) Secundò nota ex secunda parte hujus legis, quòd si mater vel pater promisit meliorare aliquem ex filiis descendentes suis in Tertio & Quinto bonorum, vel aliquo eorum, tenetur illud adimplere, si promisit ex causa matrimonii, vel aliqua alia causa onerosa; & si non fecerit, habetur melioratio pro facta ipso jure.

Pro cujus perfecta declaratione dico, quòd aliud est pactum de non succedendo, quo quis privatur futura successione: aliud est pactum de succedendo, quo quis vult acquirere aliquam futuram successionem: aliud est pactum de futura successione conservanda, quo quis vult conser-

vare futuram successionem alterius: aliud est pactum de hereditate futura certo modo dividenda.

Quoad primum dico, quòd pactum de non succedendo est, quando filius, vel descendens agnatus, vel cognatus, qui potest de jure succedere ab intestato, promisit patri, vel matri, vel consanguineis non succedere: nam tale pactum non valet: textus est in leg. Qui supers-titis. ff. de Acquir. hered. textus in leg. fin. ff. de Suis & legit. hered. textus in leg. Quod bonis. §. 1. ff. Ad legem Falcid. text. in leg. Si quando. §. Illud. Cod. de Inoffic. testam. textus in leg. Pactum dotali. Cod. de Collation. text. in leg. Nec nos. Cod. de Captiv. & postlimin. rever. Quod naturaliter extende, etiam si pactum vel renuntiatio fiat ex causa onerosa, aliquo pretio sibi dato: textus est in dict. leg. fin. ff. de Suis & legit. heredib. text. in dict. leg. Pactum dotali. Cod. de Collat. ubi si filia, dote recepta, renuntiavit successioni patris; nihilominus potest succedere patri, quia talis renuntiatio non valet.

Cujus ratio potest esse: Prima, quia cum talis hereditas nondum sit delata, non cadit in ea repudiatio; ut in leg. Is potest. ff. de Acquir. hered. & in leg. Is qui heres. §. 1. eod. tit. & in leg. Si is ad quem. eod. tit. textus in leg. 1. §. Semel. & §. Scientiam. ff. de Bonor. possess. secundum tabul. text. in leg. Si ita scriptum sit. §. Si sub conditione. ff. de Legat. 2. text. in leg. 1. §. Decretalis. ff. de Success. edict. textus in leg. Qui potest facere. §. 1. de Regul. jur. Ista rationem ponit Imol. & ceteri DD. in dict. leg. Qui supers-titis. ff. de Acquir. hered. Bald. & alii DD. in leg. Si quando. §. Illud. Cod. de Inoffic. testam. Sed ista ratio non concludit, quia loquitur & procedit in simplici renuntiatione & repudiatione hereditatis nondum delata; quia illa non valet, cum nec possit adiri: Sed nos loquimur de pacto & contractu consensu partium vallato; in quo non militat illa ratio, quia jus nondum delatum potest pacto renuntiari: textus in leg. 1. Cod. de Pactis, & ibi Glossa ordinaria, & communiter DD. textus secundum unam lecturam in leg. 1. ff. de Curatore bonis dand. & ibi Glossa, & communiter DD. text. in leg. Et heredi §. Filia familias. ff. de Pactis. text. in leg. 3. §. Si quid minor. ff. de Minorib.

Se-

(A) Corrigit autem hæc lex 22. leg. Pactum quod dotali. Cod. de Pactis, ubi contrarium disponitur: Et hodiè extat lex 1. tit. 6. de Las Mejorias. in Nov. Recopil. quæ hanc legem etiam corrigit simul cum leg. 17. supra his legib., dum docent posse fieri meliorationem Tertii aut Quinti filia obtentu dotis seu matrimonii: Quod minimè fieri posse illa lex docet, saltem per contractum inter vivos; cæterum in ultima voluntate bene fieri posse permittit: & vide ibi Matienz. videas etiam lib. 1. tit. 2. lib. 5. Recop. ubi etiam idem Matienz. latè tradit.

Secunda ratio sit, quia sicut jus naturale sanguinis in sui essentia & substantia non potest pacto & consensu partium renuntiari; ita nec ipsum jus succedendi, tamquam effectus ejus præcisus & inseparabilis: text. est in leg. Jus agnationis. ff. de Pactis, & ibi notant Bald. Paul. de Castr. & communiter DD. text. in leg. Jura sanguinis. ff. de Regul. jur. text. in leg. Abdicatio. Cod. de Patria potest. bonus textus & notabilis in leg. 3. ff. de Interdict. & relegat. ubi habetur, quòd filii vel descendentes non amittunt factò vel delicto patris ea quæ proveniunt sibi à genere, vel à Civitate, vel à rerum natura; sed ea tantum quæ immediatè proveniunt ab ipso patre: & istam rationem ponit Bartol. in leg. Is potest. ff. de Acquir. hered. 2. column. num. 6. & ibi sequuntur communiter DD. Sed advertendum, quòd ista ratio bene concluderet & procederet in agnato vel cognato transversali: quia in eis jus succedendi non est in vita considerabile, nec distinctum ab ipso jure sanguinis; unde meritò illud quod non est, non potest renuntiari: Sed non concludit in filio, nepote, vel descendente; quia in eis jus successionis competens in bonis parentum in vita est considerabile, & est jus de per se distinctum & separatum à jure filiationis, & est quædam spes probabilis approbata tam à jure naturali, quam positivo, ut in leg. Scripto. ff. Unde liberi. & in leg. Cum ratio. ff. de Bonis damnat. & talis successio saltem respectu Legitimæ dicitur quasi debita in vita patris: textus est in leg. Et quia plerumque. ff. Pro socio. text. in leg. final. §. Sin vero perpetui. Cod. de Curat. furios. textus in leg. final. §. penult. Cod. de Codicill. text. in leg. Cum in adoptis. vers. Omnia. Cod. de Adoption. & tenet & notat Bartol. & communiter DD. in leg. Is potest. ff. de Acquir. hered. 2. col. & in leg. 1. §. Si impuberi. ff. de Collat. bonor. & in leg. 2. ff. Si quis à parent. fuer. manum. & in leg. final. ff. de Liber. agnoscend. & in leg. Post emancipationem. §. Illud. ff. de Liberation. legat. & in leg. 3. Cod. de Juris & facti ignor. & in leg. Juris ignorantia. Cod. Qui admitti. & in Aut. de Hered. & falcid. §. Si quis autem non implens. collat. 1.

Ex quo jure & spe succedendi etiam in vita patris resultant aliqui notabiles effectus: Primus, quia si filius existens in primo gradu decedat vivo patre, transmittit jus suum per viam representationis ad nepotes, vel alios descendentes; ut in leg. 1. §. Si filius. ff. de Suis & legit. hered. & in §. Cum filius. cum materia, Institut. de Hereditat. quæ ab intestat. deferunt. Secundus effectus est, quia sine causa non potest

filius privari sua Legitima, ut per totum titul. ff. & Cod. de Inoffic. testam. Tertius effectus est, quia si pater immensam & inofficiosam donationem fecerit, filius potest revocare, saltem quoad Legitimam, ut in toto titul. Cod. de Inoffic. donat. Quartus effectus est, quia in vita patris filius reputatur quasi dominus, ut in leg. In suis. cum materia, ff. de Liber. & posthum. Unde ista secunda ratio non videtur concludere.

Tertia ratio sit, quia si tale pactum de non succedendo valeret, & privaretur filius spe successionis paternæ, fortè deinceps non præstaret obsequia patri, prout naturaliter tenetur, & invitaretur ad delinquendum: unde meritò non valet: argumento text. in leg. Si unus. §. Illud. cum §. sequent. ff. de Pactis. textus in leg. Illud convenire §. ff. de Pactis dotali. text. in leg. 1. §. Illud. ff. De posit. textus in leg. Contractus quidam. §. 1. ff. de Regul. juris. istam rationem ponit Bald. in leg. Pactum. C. de Collat. penult. column. in fin. & Imol. in cap. Cum contingat. de Jurejur. 26. column. versic. Dicit jus civile. Sed certè neque ista ratio concludit, quia non est generalis respectu patris vel matris renuntiantis, vel collateralis; sed tantum particularis respectu filii: Item etiam ex alio, quia si ista ratio esset vera, sequeretur quòd non firmaretur juramento, quia esset contra bonos mores, ut in cap. Non est obligatorium. de Reg. jur. in 6.

Quarta ratio vera & juridica sit, quòd ideo tale pactum & renuntiatio non valet, quia præsumit lex, quòd pro modico pretio de præsentis renuntiaret quis magnæ & opulentæ hereditati futuræ: & in expressò istam rationem ponit Bart. in leg. Stipulatio hoc modo concepta. ff. de Verbor. obligat. 1. column. in fin. num. 4. & ibi alii DD. & idem Bartol. in leg. Si quis pro eo. ff. de Fidejussor. fin. column. in fin. Paul. de Castr. in leg. Pacta que contra. Cod. de Pactis. 1. column. Roman. in leg. Pactum. Cod. de Collat. 2. column. Imol. in cap. Cum contingat. de Jurejurand. antepen. fol. 2. col. Domin. in cap. Quamvis pactum. de Pactis. in 6. 3. column. Geor. Nathan ibi 15. column. Confirmatur ista ratio per textum cum materia in leg. 1. & per totum. Cod. de Pactis pignorum. ubi ex ista ratione pactum legis commissoriæ in pignoribus est reprobaturum. Secundò confirmatur per textum cum materia in leg. Cum hi. ff. de Transact. ubi ex ista ratione non permittitur à jure transactio super alimentis de futuro. Tertio confirmatur, quia expedit republicæ providere utilitatibus subditorum, ne quis re sua malè utatur: textus est in §. fin. Ins-

Institut. de His, qui sunt sui, vel alien. jur. Nec obstat si dicatur, quod attenta ista ratione non deberet valere pactum, quo quis renuntiat juri de futuro; cum militet ista ratio: cujus contrarium dicitur in leg. 1. Cod. de Pactis, juncta Glossa & communi opinione, & in iuribus ibi allegatis. Quia respondeo, quod ibi erat jus de futuro ex causa de presenti, & sic reputatur aliquod jus probabile inspecta causa de presenti: sed in nostro casu est merum jus de futuro, non dependens ab aliqua causa de presenti.

3 *Et ex superioribus, juncta finali ratione vera & communi, reprobo sententiam Bald. in leg. Quamvis. fin. column. & quest. Cod. de Fideicommiss. ubi dicit, quod pater vel ascendens bene potest renuntiare successioni filii vel descendens: quia cum talis hereditas non debeat patri vel ascendenti de jure naturali, sed tantum de jure positivo, ut in leg. Scripto. in fin. ff. Unde liber. & in leg. Nam etsi parentibus. ff. de Inoffic. testam. & in lege Jure succursum est. ff. de Jure dotium. facilius potest amitti, vel renuntiare. Pro qua sententia, ultra Bald. facit textus singul. in leg. 1. §. Si parens. ff. Si a parente quis fuer. manum. ubi dicit, quod si pater in vita recepit aliquid a filio emancipato, repellitur post mortem ab ejus successione. Facit etiam, quia in jure nostro plures differentie reperiuntur in successione parentum & filiorum: Prima, quia dispositio textus in leg. Cum avus. ff. de Cond. & demonst. cum similib. non habet locum in parentibus gravatis: ita Bartol. & communiter DD. ibi. Secunda, quia dispositio textus in leg. Hac consultissima. §. Ex imperfecto. Cod. de Testam. non habet locum in parentibus: ita Salic. & communiter alii DD. ibi, & in leg. fin. Cod. Famil. erisc. Tertia, quia dispositio leg. fin. Cod. de Repudiation. hered. non habet locum in parentibus: ita Bald. & communiter DD. ibi. Quarta, quia licet inter descendentes habeat locum collatio, non tamen inter parentes: ita Cyn. Bald. & communiter DD. in leg. Si emancipati. Cod. de Collation. Quinta, quia filii vel descendentes transmittunt hereditatem non aditam ex potentia suavitatis, vel sanguinis; parentes vero non, ut in leg. Unic. Cod. de His qui ante aper. tabul. & ibi communiter DD. Sexta, quia licet inter descendentes habeat locum representationis; inter parentes vero non: textus est in Authent. Defuncto. Cod. Ad Terryll. & ibi Glos-*

sa ordinaria, & communiter DD. Sed dico, quod predicta opinio Bald. est falsa; imo teneo, quod sicut filius vel descendens non potest renuntiare successioni patris vel ascendens, ita e contra pater vel ascendens non potest renuntiare successioni filii vel descendens, per jura superius adducta, juncta ratione finali: (b) & in expresso istam sententiam & conclusionem tenet Glossa ordinaria in leg. Si quando. §. Illud. Cod. de Inoffic. testam. in gloss. fin. in fin. & ibi Petrus de Bellapert. qui formaliter tenet, quod pactum de non succedendo est reprobandum in ascendentibus, & descendentibus, & collateralibus: & ibi Jacob. Bartol. Cyn. Alber. Faber. Paul. & communiter DD. Cyn. in leg. Pactum. Cod. de Collationib. final verb. Roffredo in libellis suis. in rubric. de Bonor. possess. contra tabul. qua datur patri, & car. 3. column. vers. 7. Roder. Suar. predicta non allegando, in repetitione leg. Quoniam in priorib. 46. fol. 1. column. versic. Adde Bald. Neque obstat prima ratio & fundamentum Bald. quod hereditas non debetur patri vel ascendenti de jure naturali, sed tantum positivo: Quia in nostro casu non irritatur a jure pactum de non succedendo ex eo quod hereditas debeat de jure naturali, vel non; sed propter rationes superiores, precipue finalem: & patet ex eo, quod etiam inter collaterales est prohibitum predictum pactum, ut probatur per dicta jura, & tenent predicti DD. ubi supra. Nec obstat secundum ille textus singularis in dict. §. Si parens. Quia cum olim de jure antiquo pater non succedebat filio emancipato nisi ex pacto, emancipando eum contracta fiducia, ut in leg. Si ab eo. Cod. de Legit. hered. & in leg. fin. Cod. de Emancip. liber. & in leg. 4. Cod. de Legitim. tutel. & in §. fin. Institut. de Legitim. agnat. success. merito contrario pacto poterit repelli; argumento textus in leg. Nihil tam naturale. ff. de Regul. jur. Sed cum hodie pater hereditario jure succedat filio, & nulla sit differentia emancipationis & patrie potestatis, ut in Authent. de Hared. ab intestat. venien. cap. Nullam vero. collat. 9. clare inferitur quod non poterit tali successioni renuntiare, sicut neque quilibet alius: & in expresso ita tenet & respondet Glossa ordinaria in dict. §. Si parens. Quae solutio vera est in se secundum DD. Vel aliter & secundum, & notabilius respondeo, quod in dict. §. Si parens, pater recepit a filio in vita integram Legitimam: unde merito potuit suc-

(b) Et consequenter licentia a patre concessa filio ad testandum in sui prejudicium non valet, licet juramento firmata; sicut tradit Tell. in leg. 6. Taur. num. 65. Molin. lib. 2 de Primogenit. cap. 3. num. fin. Gutierr. in cap. Quamvis pactum. in princ. num. 12. 39. 44. & 50.

successioni futurae renuntiare; imo, etiamsi non renuntiet, non potest rumpere testamentum, in quo est prateritus, vel exheredatus: Cujus verba sunt: Si parens vel accepit pecuniam, ut emanciparet; vel postea vivus in eum filius quantum satis est contulit, ne judicia ejus inquietet: exceptione doli repellitur. & ita tenet & declarat ibi Din. Bart. Alb. & communiter DD. tenet etiam & declarat Glossa ordinaria in dict. leg. Si quando. §. Illud. Cod. de Inoffic. testam. in gloss. fin. in 3. solut. & ibi Petr. Oldrad. Alber. Bart. & communiter DD. Domin. in dict. cap. Quamvis pactum. de Pact. in 6. facit etiam text. notabilis. leg. Cum quo de peculio. §. fin. ff. Ad leg. Falc. & ibi DD.

4 Ex quo inferitur, quod idem esset si filius in vita reciperet a patre integram Legitimam: quia valeret renuntiatio hereditatis; & licet non renuntiet, non posset rumpere testamentum patris, in quo sit prateritus, vel exheredatus. Imo, quod magis est, etiam si crescat vel diminuatur patrimonium patris vel matris, non debet haberi respectus nisi ad tempus acceptae Legitimae: ita singulariter Jacob. Butr. in leg. Pactum. Cod. de Collat. nihil allegando; sed pro eo facit textus in dict. §. Si parens. & in dict. leg. Cum quo de peculio. §. fin. & facit textus in ratione sui, in leg. De fideicommissio. Cod. de Transact. & facit bonus textus in leg. Si patronum ex debita. §. fin. ff. de Bon. libertor. & tenet Georg. Natam in cap. Quamvis. de Pact. in 6. 2. column. num. 6. & 7. ubi bene fundat, & dicit hanc esse magis communem opinionem.

5 Ex quibus redditur valde difficilis & dubia illa Glossa singularis, communiter approbata, in leg. Si quando. §. Et generaliter. Cod. de Inoffic. testam. ubi tenet, quod si pater vel mater vult instituere filium vel filiam, vel e contra si filius vel filia vult instituere patrem vel matrem; & instituendus noluit institui, sed renuntiavit titulo institutionis, & consensit quod alius instituatur: talis consensus & renuntiatio valet & tenet. Pro qua sententia & conclusione facit textus notabilis & capitalis in leg. Non putavit. §. Si quis sua manu. ff. de Bonor. possess. contra tabul. ubi, si ille qui de necessitate erat instituendus in testamento, manu propria exheredavit se, cum diceret & scriberet testamentum, non potest amplius rumpere testamentum per querelam, vel contra tabulas, vel alio juris remedio: quem in suo casu notat & commendat ibi Glossa ordinaria, Bartol. Alber. & communiter DD. antiqui. Secundum facit textus in leg. Uxor. §. 2. ff. Ad leg. Corn. de fals. ubi ille, qui se tutorem impuberis scripserit in testamento alicujus, statim vide-

tur consentire, & officium acceptare; adeo quod, licet alias haberet a jure justam excusationem, non potest se excusare. Tertio facit textus singularis in leg. Sicut. §. Venditionis. ff. Quib. mod. pig. vel hypot. solvitur. ubi habetur, quod bene potest quis permittere alium testari & disponere de re sua, vel sibi debita, vel obligata: quem ad hoc notant & commendant communiter DD. ibi notat etiam & commendat Bartol. in leg. Cum quis decedens. ff. de Legat. 3. & illum textum ad hoc reputat singularem & unicum Bald. in cap. 1. §. Praterita. Quibus mod. servit. amitt. idem Bald. in cap. 1. §. Donare. Qualit. olim poter. feud. alien. 2. column. prop. fin. idem Bald. in leg. Venditioni. Cod. de Usucapion. pro empt. idem Baldo in leg. Quoties. la. 1. Cod. de Fideicommiss. 2. column. num. 12. idem Bald. in leg. 1. Cod. de Sacrosanct. Eccles. 1. Lectur. 4. column. idem Bald. in leg. Cum alienam. Cod. de Legat. 2. column. num. 7. Alexand. ubi bene loquitur & declarat in Consiliis suis. Cons. 20. 3. volum. consiliorum. 6. column. Jason in leg. Cum proponas. la. 1. Cod. de Pactis. 2. column. Quarto facit textus cum materia in leg. Filio praterito. ff. de Injusto rupt. ubi post mortem patris filius potest approbare testamentum in quo est prateritus, ut valeat saltem de jure praetorio. Quinto & ultimo facit haec concludens ratio: quia quod filius vel pater instituatur, est introductum eorum favore, ut probat textus melior de jure in Authent. Ut cum de appellat. cognos. cap. Hac autem disponimus. collat. 8. ubi dicit, quod ideo leges requirunt quod filius instituatur a patre, vel contra; ne alias afficiatur injuria.

Secunda tamen est opinio in hoc articulo, scilicet quod talis consensus, & renuntiatio tituli institutionis nullo modo valeat: quia cum institutio, vel exhereditatio cum legitima causa a jure expressa requiratur pro forma; etiamsi talis forma requiratur in favorem instituendi, non potest consensu privatae personae ei renuntiare: argumento text. in leg. Nemo potest. ff. de Legat. 1. text. in leg. 3. ff. de Testam. textus in leg. Qui in potestate. eod. tit. text. in leg. Quod bonis. §. 1. ff. Ad leg. Falc. text. in leg. Contra juris civilis regul. ff. de Pactis. textus in leg. Jus publicum. eod. tit. text. in leg. Cerdonem. ff. de Oper. libertor. textus in leg. Nec ex praetorio. ff. de Regul. jur. text. in leg. Neque pignus. versicul. Privatorem conventio. eod. tit. text. in leg. Obligationum feret. §. Placet. ff. de Action. & obligat. text. in leg. Si debitor. §. fin. ff. Quib. mod. pig. vel hypot. sol. text. in leg. Cum hi. §. Si prator. ff. de Transact. textus, juncta Glossa, in leg. A divo Pio. ff. de Ritu nuptiar. textus in leg. Pacta qua contra. Cod. de Pactis. textus in §. 1. Institut. Quibus non est permisso.